

nissima , & omnibus gentibus notissima :  
axiomata. v. g. Bis duo sunt quatuor, Ho-  
nesta sunt amanda, turpia fugienda, &c.

17. *Cur Deus iubeat nos credere, nos ipsumsos  
conuertere &c cum hoc non possimus ex no-  
bis?* Deus hoc modo nos docet quid debea-  
mus , & quid possimus per gratiam ipsius.

18. *An voluntas se habeat purè passiuè  
in primo instanti conuersione?* Affirmatur:  
non quod instar trunci se habeat ( semper e-  
nim retinet suam libertatem ) sed quod ni-  
hil conferat ad supernaturalem istam actio-  
nem.

## CAPUT XX.

## De Lege.

I.

**Q**uid sit lex DEI; Est doctrina diuinitus  
promulgata , de cultu Dei recte insti-  
tuendo.

2. *Quotuplex sit lex Dei?* Triplex: mo-  
ralis, ciuilis, & cærimonialis. Accidit au-  
tem tribus hisce speciebus , quod simplici-  
ter considerantur, vel inter se miscentur.

3. *An lex & Euangeliū differant spe-  
cie?* Statuitur thesis affirmatiua, quatenus  
rigidum legis postulatum spectatur. Ita e-  
nim lex virget justificationem per bona o-  
pera .